



Boehmer Trage. 1798 nr. 1<sup>d</sup> ist hinter } eingekunden.  
1798 nr. 4<sup>b</sup> soll " }  
" nr. 1<sup>c</sup>





1757

12

# DISCEPTATIONES IVRIS

1796 4

QVAS  
PRAESIDE

D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILHS  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PRO.  
FESSORE PVBLICO FACVLTATISIVRIDICAE ORDINARIO CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIALIS  
ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE XVI. IANVAR. A. R. S. c1010CCXCVI.

H. L. Q. S.

PVBLICE DEFENDET

A V C T O R

HENRICVS LVDOVICVS HEYME  
DRESDENSIS.

*SPECIMEN V.*

VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

DISCEPTATIONES IVRIS

DE GEORGIO STEPHANO  
WILSAUDIO

REVERENDISSIMO PATRI IN CHRISTO  
SACR. THEOLOG. FACULT. PRAESIDI  
HONORABILISSIMO DOMINO  
FRANCISCO DE WITTE  
ACADEMICO PRAESIDI  
SACR. PALAT. AUSTRIACAE  
ACADEMIAE SCIENTIARUM  
MEMBRANO

die XVI MAII A. M. 1773

IN  
VINDOBONA

HENRICHUS FRIEDRICHUS HAYNE

PRINCEPS

SPESINGIUS N.

ELIENSIS

IN AUSTRIACAE SACRAE CAESARIS



CHRISTIANO GODOFREDO  
HEYMIO

PARENTI OPTIMO

HUNC TENVEM LIBELLVM

PIA MENTE OFFERT

FILIVS OBSEQVENTISSIMVS  
HENRICVS LVDOVICVS HEYME.

CHRISTIANO GODOFRIDO  
MAYNO

TABULAE QUARTAE

IN QUA TABULAE  
TABULAE QUARTAE

IN QUA TABULAE  
TABULAE QUARTAE







I.

*Clausula codicillaris efficit, ut ex testamento rupto  
legata debeantur.*

**I**n testamentis illis, quae quidem iure fuere facta, postea vero propter impedimentum superueniens, vires amittunt, obuenit quoque testamentum ruptum, quod ita vocatur, quod dissoluitur. Id vero accidit, si testatoris voluntas vel vere fuerit mutata, vel mutata esse praesumatur. Testatoris voluntatem vere mutatam esse, intelligimus ex ipsius vel verbali, vel reali declaratione, veluti si testamentum reuocauerit, vel corruerit. Praesumitur autem haec reuocatio, si posthumus ei natus fuerit. Cum enim ob naturalem amorem pro parentibus militet praesumptio, quod suos exheredari nolint liberos, recte colligi potest, parentes, qui liberos tempore conditi testamenti nondum natos exheredes non scripserunt, eos exheredatos esse nolle, ideoque testamentum ante liberorum natiuitatem conditum, rumpi. L. 3. D. de *in iusto rupto*. Ruptum vero eiusmodi testamentum corrumpit in totum, non solum quoad heredis institutionem, sed etiam quoad reliqua capita. L. 1. C. de *posthum. hered. instit.*,  
A 3 qua-



quacum conferas L. 81. D. de legat. II. et L. 29. C. de fideicommiss. Sed quaeritur, qualem vim producat clausula codicillaris eiusmodi testamento adiecta. Iam heredis institutionem hac clausula non sustineri, ex *Nov. 115. Cap. 3. in fin.* satis intelligitur. Num vero ex testamento rupto, quod clausula codicillari munitum est, legata debeantur, vehementer disputatum est. Vulgo distinguere solent, vtrum posthumus scienter, an ex ignorantia, fuerit praeteritus. Si a testatore sciente fuerit praeteritus, putant testamentum quidem rumpi seu quoad heredis institutionem infringi, sed vi clausulae codicillaris, legata et fideicommissa in eo relicta esse praestanda; e contrario vero, si ignoranter, id est ab eo, qui nec testamenti, nec mortis tempore de posthumo cogitauerat, praeteritus fuerit, constitutioni *Nov. 115. cap. 3.* locum haud esse, sed testamentum ita rumpi per agnationem posthumi, vt nec legata ex eo sint praestanda. Fauent huic opinioni Carpzouius *Part. 3. Const. 9. def. 4. seq.* Hommelius *Obs. 643. et 700.* et Hellfeldus, qui *de effectu claus. codicill. testament. quod rumpitur, adiectae*, exposuit in *Opuscul. p. 401. seqq. Cap. 3. §. 35. seqq.* hac vi ratione, non praesumendum esse, parentem, qui se posthumum habiturum ignorauit, hunc legatis grauari voluisse. Sed haec ratio non satis videtur esse firma. Nam si illam ad priorem speciem applicaueris, numquam aequae praesumi poterit, testatorem, qui testamentum suum per posthumum ruptum iri sciuit, legatis hunc onerare voluisse. Deinde quoque adiecta clausula codicillaris propterea, quod ex testamento, in quo testator posthumum ignoranter praeteriit, legata haud debeantur, omnem perditura esset effectum, vt ideo testator verba, quibus nulla mens sit subiecta, iocando et ludendo, non vero serio et deliberato animo protulisse videat-

videatur. Negat quidem Carpzovius *Part. 3. Const. 9. def. 12.* praesidio inprimis L. 13. D. *de inoffic. testam.* et L. 36. *de legat. 3.* suffultus, testamentum, cui parentes, extraneo herede scripto et liberis praeteritis, clausulam codicillarem adiecerint, validum esse, atque in tali casu testamentum a demente factum, adeoque propter defectum voluntatis, quam clausula codicillaris supplere nequeat, irritum nullumque esse statuit. Sed vel adiecta clausula codicillaris satis ostendit, veram dementiam testatoris non adesse, sed eam tantum fingi, quo quidem colore veteres Iureconfulti ad rescindenda testamenta inofficiosa vsi fuerunt. L. 2. et 5. D. *de inoffic. testam.* Etenim olim haec fictio fuit necessaria, vt sic infinita testandi libertas, iure XII. tabularum patribusfamilias concessa reprimeretur, sicque liberis succurreretur. Adde Bynkershoekii *Observat. Libr. 2. c. 12.* Cum vero Iustinianus in *Novell. 115. c. 3.* liberis iam lege expressa prospexerit, hoc quidem colore amplius opus non est. Illa vero clausula perspicuam testatoris voluntatem continet, dum tale testamentum ratum esse cupit, quacumque demum ratione id fieri possit. Videtur igitur voluisse, vt omni modo valeant ea, quae reliquit, etiamsi intestatus decessisset. \*) Heres igitur praeteritus, qui ab intestato succedit, rogatus esse intelligitur, vt ei, cui in testamento eiusmodi clausula munito aliquid relictum est, id restituat. Ex quo sequitur, vt, clausula codicillari adiecta, testamentum, quod alias ob praeteritionem liberorum est nullum, in vim fideicommissi sustineatur. Hanc quidem opinionem sequuntur Wernher *Part. 1. Obs. 279. et Tom. III. Part. 3. Obs. 61.* et Stryck. *de cautel. testam. Cap. 23. §. 39.* Tunc vero testamentum in foro ita interpretari solent, vt heres ab intestato, qui fuit praeteritus, roga-

\*) L. 29. D. *qui testam. fac. poss.*



tus esse censeatur, vt, deducta portione legitima, reliqua heredi instituto restituat. Sic iudicasse anno 1776. Iureconsultos Vittembergenses, perspicuum est ex iis, quae tradit Illustr. Praefes in *Opuscul. p. 48. seqq.* Ipse Carpzovius *Decis. 155. et Part. 3. Const. 2. def. 21.* vim huius clausulae satis agnouit. Cum vero clausula codicillari testamentum ob praeteritionem liberorum alias nullum, in vim fideicommissi sustineatur, nullum est dubium, quin et testamentum, quod per posthumum praeteritum ruptum est, ratione legatorum relictorum, pari ex ratione sit sustinendum, nullo admisso discrimine, num hic posthumus scienter, an ignoranter fuerit praeteritus. Cui quidem opinioni etiam fauent Menkenius ad *Libr. 28. Tit. 3. D. §. 5.* Berger. in *Oecon. iur. Libr. 2. Tit. 4. §. 22. n. 1.* atque Brunnemannus ad *D. Libr. 29. Tit. 7. L. 1. et ad Cod. Libr. 6. Tit. 28.* vbi statuit, sententiam eorum, qui testamentum ob praeteritionem nullum, per clausulam codicillarem sustineri putant, legibus esse magis consentaneam. Vtitur vero hac ratione, quod pater, qui euentualiter successionem ab intestato filio relinquit, pro demente haberi non possit; hoc vero fieri, clausula codicillari adiecta. In eandem opinionem abiit Pufendorfius in *Animadv. iur. vniu. T. 1. no. 79.* qui mentem suam his quidem verbis expressit: *testamentum, in quo posthumus non est heres institutus, non obstante clausula codicillari, secundum ius civile inuvalidum est, valet tamen vi huius clausulae, tamquam fideicommissum.* Quod si quis secum reputet, vltimam testatoris voluntatem quouis modo esse adiuuandam et ita accipiendam, vt exitum sortiatur, facile animaduertet, eam virtutem inesse clausulae codicillari, vt, quatenus fieri possit, testatoris voluntati parendum sit. Neque heredi legitimo inde inferitur iniuria, cum testatori integrum sit, hereditatem legatis

legatis onerare, modo heredi ab intestato salva maneat legitima. Sed dum hereditas in vim fideicommissi sustinetur, heredi legitimo satis consulitur. Neque obstat opinioni, quam defendo, L. 36. §. 2. D. *de testament. milit.* cum ea de testamento, cui clausula codicillaris non fuit adiecta, sit interpretanda.

## II.

*Iure Saxonico electorali insulae in fluminibus publicis natae, principi cedunt.*

Insulam in flumine publico natam Iureconsulti Romani secundum §. 22. I. *de rer. divis.* et L. 7. §. 3. D. *de acquir. rer. domin.* assignant iis, qui prope ripam praedia possident, ita quidem, ut insula in medio flumine orta communis sit possessoribus praediorum finitimorum, insula vero vni parti propior, eiusdem sit propria. Aequitatem naturalem huius iuris defendere studuit Franciscus Connannus in *Commentar. iur. civil. Libr. 3. c. 5.* Hanc vero sanctionem rationi non satis esse consentaneam, ipse confitetur Labeo in L. 65. §. 4. D. *de acquir. rer. domin.* his quidem verbis: *si id, quod in publico innatum aut aedificatum est, publicum est, insula quoque, quae in flumine publico nata est, publica esse debet.* Labeonis sententiam vni spectare ad eas insulas, quae alueo fluminis cohaerent, non ad eas, quae virgultis, aut qualibet alia leui materia ita sustentantur in flumine, ut eius solum non tangant, statuit laudatus Connannus in *Commentar. excitat. Libr. 3. c. 2.* Cujacius vero *Libr. 14. Observat. c. 11.* Labeonem ita interpretatur, ut insula in flumine publico nata, usu quidem publica sit iure gentium, uti flumen, eius vero proprietas pertineat ad vicinos agrorum possessores. *Iure Saxonico provinc. Libr. II. art. 56.* iuris Romani sententia



tia his verbis fuit recepta: *welcher Werder sich erhebet binnen einen Fluß, welchem Gestade er näher ist, zu dem gehöret der Werder. Ist er aber zu mittler Maaß des Wassers, so gehöret er beyden Gestaden.*\*) Hanc vero iuris Romani et veteris Saxonici constitutionem adhuc apud nos obtinere, plures Iure consulti, vti Carpzouius *Part. 3. const. 31. def. 13.* Zieglerus *de iur. maiest. Libr. 2. cap. 15. no. 26.* Wernherus *Part. 5. Obs. 138.* et Winklerus ad *Bergeri Oecon. Libr. 2. Tit. 2. th. 15. not. 2.* contendunt, nisi mutatio eius per manifestam consuetudinem, vel specialem legem, doceri queat, vti ratione Albi per rescriptum Augusti d. 7. Decbr. 1563., quod omnes in Albi natas insulas principi vindicat, factum est. *Cod. Aug. Tom. II. p. 6.* Consentunt tamen in eo, principem nouam legem condere posse, quae antiquam consuetudinem abroget insulasque in fluminibus in posterum nascituras fisco principis addicat. Aequitate quoque eandem rationem commendari, cum aliis affirmat Heigius *Part. 2. Quaest. 40.* quia accolae fluminum ripas muniant, et, dum saepe vi fluminum agri eorum minuuntur, inde non leuia damna sustineant. Sed hanc dispositionem in terris Saxonice electoralibus amplius non valere, rectius statuitur. Rationem generalem huius sententiae iam attulit Zieglerus *loc. excit. n. 19.* quae quidem in eo est posita, quod hodie in Germania dominium fluminum publicorum non pertineat ad homines priuatos, sed potius ad principes vi superioritatis territorialis, insulae vero pro accessionibus fluminum sint habendae. Eandem sententiam defendunt Leyserus in *Meditat. ad D. Spec. 25. Med. 4.* et Schaumburgius in *der Einleitung zum Sächfs. Rechte. Part. 3. Sect. 1. Exerc. 2. S. 15.*

\*) WERDER significat insulam, vti ostendit Illustr. Praeses in *Enchirid. iur. German. sub h. v.*

§. 15. *seq.* Primum enim satis constat, omnia, quae ius civile de rebus publicis tradit, in Germania partim moribus, partim legibus fuisse immutata. Postquam enim nostri principes id, quod olim populo vel reipublicae compete-  
 bat, sibi vindicare coeperunt, publica hodie non amplius ad populum, sed ad principem pertinent. Sic et flumina ad populum olim pertinentia, principes sua fecerunt, quae quidem II. F. 56. inter regalia reiata sunt. Inde vero sequitur, ut ea, cum quoad proprietatem, tum quoad usum, addicenda sint territoriorum dominis. Extat in Germania Adolphi Imperatoris de anno 1293. constitutio, quam Goldastus in *Collect. Constitut. Imper. Tom. I. f. 315.* edidit, huius tenoris: *quodsi insula nata est in Rheno vel alio flumine in comitatu alicuius comitis, qui in ipso flumine recipit telonia et conductus, habetque comitatum eundem, telonia et conductum ab imperio in flumine praedicto: eadem insula potius spectat ad imperium et ad ipsum comitem, quam ad alium dominum, cuius districtus protenditur ad ripam fluminis praelibati.* Qua ex constitutione satis luculenter apparet, principibus Germanicis omnino competere ius insulas in fluminibus publicis natas, sibi vindicandi. Eam vero non, ut nonnulli statuerunt, in desuetudinem abiisse, potius in iudicando adhuc servari, ostendit Engavius in *dissert. cuiusnam insularum in fluminibus publ. natar. competat dominium? §. 29.* In Saxonia quidem electorali non solum insulae in Albi et Muldavia natae, de quibus quidem conferenda sunt Rescripta de 1563. 1607. et 1608. in *Cod. Aug. Tom. II. p. 6. et p. 10. seq.* sed in univ-  
 versum omnes, quae in fluminibus publicis emergunt, fisco principis cedunt. Haec quidem sententia nititur potissimum Rescripto Electoris Io. Georgii II. ao. 1676. edito in *Cod. Aug. Tom. citat. p. 23.* ubi ratio generalis, cur obortae in-



fulae principi sint addicendae, his verbis proponitur: *nachdem nun Unsere in Gott ruhende Vorfahren in vorigen langen Jahren diese gemessene Verordnung gethan, daß bey dergleichen Begebenheit solche Anlagen in den Strömen, wenn sie sich umflossen befänden, also daß das Wasser beyder Seiten, den Fortfluß hätte, vor das Ihrige gehalten und zum Aemtern ziehen lassen, so auch nachmals, ob schon nach Verlauf einiger Zeit, zwischen solchem Werder und dem Gestad sich der Stroh mit Kieß ausgefüllet und verlohren, den Aemtern nochmals, des erstern daran erlangten Rechts wegen, verblichen, als hat es hierbey billig sein nochmaliges ungeändertes Bewenden.* Adde Schotti *Institut. iur. Saxon. Libr. 2. Sect. 2. §. 17.* Haec vero iuris nostri sanctio licet ab institutis Romanorum sit aliena, conuenit tamen moribus in Germania receptis. Iam dudum animaduërtit Heineccius in *Element. iur. German. Libr. 2. Tit. 1. §. 23. et Tit. 3. §. 62.* omnes res, quae Romanis videbantur esse publicae, iure Germanico pertinere ad principem ideoque insulas tamquam fluminum accessiones, eidem esse vindicandas. In aliis prouinciis Germanicis insulas in fluminibus publicis exortas pari iure censer, copiosius monstrauit Engauius in *dissert. supra excitat. p. 23. seqq.*

## III.

*In processu accusatorio reo criminis iusiurandum deferri non potest.*

Est quaestio nobilis magna animorum contentione agitata, possitne accusato ab accusatore super crimine commisso iusiurandum deferri? Qui eam affirmant, iis non desunt rationes satis speciosae. Uti enim iusiurandum in genere est commodum lites minuendi et finiendi remedium, ita quoque saepenu-



penumero ab ipso iudice reis delictorum solet imponi iusiurandum purgatorium, quo quidem praestito, innocentiam probasse videntur. Huc accedit, quod ius Romanum in omnibus actionibus, etiam in poenalibus ac famosis, usum iuriurandi permittat. Ita enim statuit Ulpianus in *L. 3. §. 1. D. de iureiurand: quacumque autem actione quis conveniatur, si iuraverit, proficiet ei iusiurandum: siue in personam, siue in rem, siue in factum, siue poenali actione, vel quavis alia agatur.* Adde *L. 9. §. 2. ibid.* Apertius vero mentem suam in *L. 6. §. 4. D. de his qui notant. infam.* his quidem verbis exprimit: *sed et, si iureiurando delato, iuraverit quis non deliquisse, non erit notatus: nam quodammodo innocentiam suam iureiurando approbavit.* Ulpiani sententiam comprobasse videtur Paulus in *L. 25. §. 3. D. de probat.* qui pariter ei, cui onus probandi incumbit, iuriurandi usum concedit. Sed cum iure Romano iusiurandum speciem transactionis contineat, eoque multum interfit inter delicta publica et priuata, sequitur, ut opinio Ulpiani non ad persecutiones criminales, quae spectant ad irrogandam poenam publicam, trahenda, sed potius ea ad poenas priuatas, quae actoribus cedebant, sit restringenda. Quae vero Paulus in *Leg. excitat.* tradit, ea spectant ad species antea propositas, quae causas mere ciuiles tractant. Qui alium criminis praefertim grauioris accusat, ille, si reus negauerit, probationem afferre debet certam ita, ut nulla dubitandi ratio remaneat. Ita iam constituere Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius in *L. vlt. C. de probat.* quae sic est concepta: *sciunt cuncti accusatores, eam se rem deferre in publicam notionem debere, quae munita sit idoneis testibus vel instructa apertissimis documentis, vel indicis ad probationem indubitatis et iure clarioribus expedita.* In



caussis vero criminalibus deferre iuramentum est res valde periculosa, cum multi homines, vt imminentem poenam acerbam effugiant, ad peierandum sint proni magisque metu praefentis poenae, quam religione commoueantur. Ea de caussa in criminalibus quaestionibus iurisiurandi delationem plures improbant, ex quibus hic nominasse sufficit Voëtium in *Commentar. ad Pandect. Libr. 12. Tit. 2. §. 10.* et Schaumburgium in *Princip. prax. Libr. 2. c. 9. §. 11.* Sed, vt ea, quae attuli, melius illustrentur, addam exemplum recentius controversiae super quaestione, num in processu accusatorio iusiurandum accusato deferri queat, obortae. Coram regimine Bernburgensi a procuratore fisci accusabatur quaedam femina prauitatis vsurariae. Accusator petebat, vt rea criminis quarta parte fortis mutuo datae mulcetur eique super veritate commissi criminis iusiurandum deferebat. Rea negabat, in hac caussa iuriiurando locum esse. Acta transmittuntur ad Iureconsultos externos, qui quidem statuebant, debere ream declarare animum, velintne iusiurandum acceptare, an reusare. Ista non parum hac sententia perturbata, vtebatur remedio leutationis. Iam alia sequebatur sententia, quae delationem iurisiurandi repudiabat. Accusator, qui aegre ferebat, sibi tam commodum adimi probandi subsidium, leutationem interponebat. Sed Iureconsulti Vittembergenses anno 1793. priorem sententiam confirmarunt. Iuuat hic subiungere rationes huius sententiae, quas Illustr. Praefes mecum communicauit: *Ob wohl Kläger durch letzteres Urthel um deswillen grauiret zu seyn vermeynet, weil darinnen das Urthel fol. 83. völlig nicht bestätigt und Beklagte in die Unkosten des verzögerten Processes nicht verurtheilt worden, und hierbey anführet, daß allhier kein Processus accusatorius, sondern nur ciuilis angestellt worden, dieses aber aus dem Petito*  
*der*

der Klage deutlich erhelle, immaassen er secundum fol. 1<sup>o</sup>. nicht auf eine peinliche Strafe, sondern nur darauf ange- tragen, daß Beklagte, weil sie von denen dem Schutz- Ju- den Levin Calm vorgestrekten Capitalien an 600 Thlr., wu- cherliche Zinsen genommen, nach Vorschrift der Policey- Ordnung von 1577. Tit. 17. §. 8. mit dem Verlust des vierten Theils derer Capitalien bestraft werden möchte, und, daß die von ihm über den Grund der Klage, welchen Beklagte bey der fol. 9<sup>a</sup> bewerkstelligten Einlassung negiret, ge- brauchte Eydes - Delation zulässig sey, aus der Ursache behauptet, weil nach Vorschrift des gemeinen Rechts der Eyd in allen und jeden Klagen, auch sogar in actionibus famosis, Beklagten zugeschoben werden könne,

L. 25. §. 3. D. de probat.  
Novell. 73. c. 4.

dieses auch, da die Eydes - Delation ein allgemeines Mittel sey, die Wahrheit zu erforschen, und, im Fall ein Be- klagter einen widrigen Verdacht wider sich hat, auch in Ciuil - Sachen er solchen, mittelst Reinigungs - Eydes, ab- zulehnen schuldig, nicht ungegründet zu seyn scheint, überdieses auch verschiedene Rechts - Lehrer die Meynung hegen, daß, wenn nicht criminaliter auf eine Lebens - oder Leibes - Strafe, sondern nur auf eine poenam ciuilem, wo- hin insgemein Geld - Strafen gerechnet zu werden pflegen, geklaget worden, die Eydes - Delation allerdings statt finde,

Mencke. in System. iur. civil. secundum Pandect.  
Libr. 12. Tit. 2. §. 34.

Leysfer. Specim. 135. Medit. 9.

und, daß Beklagte sich auf die gebrauchte Eydes - Dela- tion auf die Art, wie im ersten Urthel erkannt worden,  
zu



zu erklären schuldig, es um so mehr das Ansehn gewinnen dürfte, da eines Theiles Kläger den Grund seiner Klage mit auf obbenannten Calms Geständnis, wie ex fol. 2. abzunehmen, gebauet, andern Theils aber aus der Beylage A. fol. 37. seqq. wider Beklagte ein widriger Verdacht zu entstehen scheineth, daß sie sich des ihr beymessenen Wuchers schuldig gemacht habe, mithin der Fall, daß sie zum wenigsten ein Purgatorium zu schwören verbunden, vorhanden sey, aus diesen Gründen aber, daß ersteres Urtheil wieder hergestellt werden sollen, dafür gehalten werden möchte;

Demnach aber und dieweil der Grund der Klage darauf beruhet, daß Beklagte Wucher getrieben, dieses aber ein grobes und hart verpoentes Verbrechen in sich fasset, auch Kläger die Klage nicht für sich, sondern im Namen des Fiscus angestellet, eben so wenig auf eine Entschädigung, oder auf Satisfactionem priuatam, vielmehr auf eine öffentliche Strafe, welche dem Fisco verfallen, geklaget, einfolglich er im gegenwärtigen Fall partes accusatoris vertritt, und, da in Deutschland der im Römischen Rechte inter delicta publica et priuata gemachte Unterschied nicht statt findet, hieraus von selbst folget, daß auch der in gemeinen Rechten zwischen öffentlichen und Privat-Strafen gewöhnliche Unterschied bey uns nicht statt habe, vielmehr heut zu Tage alle und iede Verbrechen, außer der Priuat-Satisfaction, welche der Beleidigte zu fordern befugt, auch eine öffentliche Strafe nach sich ziehen, Meister. in Princip. iur. crim. Sect. 2. Part. 1. S. 3. sqq. dieses auch schon daraus erhellet, weil in Deutschland auch die gewöhnlichen Geld-Strafen, womit Verbrecher belegt

beleget worden, keinesweges dem Actori, oder Denuncianten, sondern vielmehr dem Fisco zu Theil werden,

Koch. Institut. iur. crim. Libr. 1. cap. 2. S. 28.

die Eydes-Delation aber bey Verbrechen, welche mit einer öffentlichen Strafe geahndet werden, um so weniger statt findet, da ein Ankläger, welcher ein Verbrechen zur Bestrafung anzeigt, seinen Beweis durch Zeugen oder Urkunden zu führen, oder auch hinlängliche Anzeigen anzugeben schuldig,

L. ult. C. de probat.

dieser Meynung auch obenangezogene Gesetze nicht entgegen stehen, inmaßen selbige blos von Civil-Klagen handeln und dannenhero auf Verbrechen nicht zu erstrecken, aus dieser Ursache aber auch die bewährtesten Rechts-Lehrer dafür halten, daß in Actione criminali, wo es auf die Bestrafung ankommt, der Eyd nicht deferiret werden könne,

Carpzov. Part. I. Const. 12. def. 15.

Berger. in Oeconom. iur. Libr. 4. Tit. 25. S. 5. I.

Berlich. Part. 1. Conclus. 29, 25.

Stryck. in Usu modern. Pandect. Libr. 12,

Tit. 2. S. 29.

und, obgleich nicht zu läugnen, daß einige Rechts-Lehrer die entgegengesetzte Meynung hegen, dieses doch von einer irrigen Vermischung des Römischen und Deutschen Rechts, und hauptsächlich dahero rühret, daß sie diejenigen Strafen, welche weder capitales, noch corporis afflictivae sind, nicht für peinlich, sondern blos für Civil-Strafen halten, gleichwohl aber selbige nicht ad Satisfactionem priuatam, sondern ad publicam abzwecken, dieses auch dar-

C

aus



aus klärlich er scheinet, weil selbige darauf abziclen, daß die allgemeine Ruhe und Sicherheit erhalten und andere von Begehung ähnlicher Verbrechen abgeschreckt werden sollen, die Geld-Strafen aber nicht der Beleidigte, sondern der Fiscus erhält, einfolglich gedachte Meynung, wider welche auch der Gerichts-Brauch in Deutschland streitet, keinen Beyfall verdienet, auch im übrigen Kläger hinlängliche Indicia, welche Beklagte graviren, nicht angegeben, inmassen Calm, da er in Actis L. fol. 29 seqq. in seinen Ansagen variiret, und dasjenige, was er anfänglich abgelaugnet, nachhero eingeräumt, auch, daß er ein Fallsum begangen und sich verschiedener Betrügereyen, auch Kaufpeleyen schuldig gemacht, abzulängnen nicht vermocht, nicht als eine Person zu betrachten, welcher Glaube beyzumessen, eben so wenig in der Beylage fol. 37. seqq. Beklagte als eine Person genennet worden, welche wucherliche Zinsen genommen, bey so bewandten Umständen aber letzteres Urthel, schlechterdings zu bestätigen gewesen, und hieraus die Unerheblichkeit der zavoten Beschwerde sich sattsam veroffenbaret, so sind wir, wie im Urthel enthalten, zu erkennen bewogen worden.









Wittenberg, Diss., 1796-98  
vd18



Sb. a







12

# DISCEPTATIONES IVRIS

1796 4

QVAS  
PRAESIDE  
D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILHS  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PRO.  
FESSORE PVBLICO FACVLTATISIVRIDICAE ORDINARIO CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIALIS  
ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE XVI. IANVAR. A. R. S. c1010ccxcvi.

H. L. Q. S.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

HENRICVS LVDOVICVS HEYME  
DRESDENSIS.

SPECIMEN V.

VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.

